



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 101. Quid si exempti adjungant se alteri non exempto cui
juducium coram ordinario motum est, cautionesque iudicio sisti &
judicatum solvi praestent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

cum tempore ubi Abb. & DD. de arbitrio, consequens & ejusmodi cautiones iudicii protogationem inducere non posse, late Peckius de iure sistendis cap. 15. per tot.

Id ipsum etiam post sententiam latam dicendum est, ejusmodi enim cautiones non tollunt exceptiones quæ ex defectu jurisdictionis oriuntur. Castr. d. l. vir bonus num. 1. Bald. l. 2. num. 4. C. de bonis autor. Iud. Possid. Papiensis in sua praxi in forma delictoria in glo. nec fuisse iudicem num. 1. Aret. conf. 84. Butr. cap. 1. de re iudic. Alex. l. num. 6. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

Sed an pro indemnitate colligantis subsistat cautio 1. Respondetur non subsistere, cum principalis ff. de Reg. iuris l. si alius ff. qua res pig. non l. mulierem ad Velleia. num. 1. Mandanus de continentia causa l. 3. cap. 22. num. 9. iudicio enim existente nullo, cautio obligatoria quæ ei adiecit, subsistere non potest. arg. l. redemptores cum l. seq. ff. de revendic. l. 2. §. si quis ff. qui satisd. cogantur Abb. c. 1. in add. ad n. 3. de fideiussoribus Barth. l. cum lex ff. de fideiussoribus, ita & ab eadem analogia cautionem clerici coram iudice laico præstitam nullam obligationem iurisque effectum producere traditum est. Iacob. Anon. Mariba. de iurisdic. inter Ecclesiast. & sacularem exercenda par. 4. cent. 3. casus 160. Hier. Grat. conf. 15. nu. 30. par. 1. arg. sed ff. non solum ff. ad Macedon. l. fideiussor obligari §. fideiussor ff. de fideiussoribus. proinde si exemptus ob ejusmodi iudicium susceptum, ob cautiones coram tali iudicio incompetentem præstitas molestatus, licebit ei velut asilum sacramque anchoram opem conservatoris implorare.

QUÆSTIO CENTESIMA PRIMA.

Quid si exempti adjungant se alteri non exempto, cui iudicium coram ordinario motum est, cautionesque iudicio fisci, & iudicatum solvi præstent.

SUMMARIUM,

1. Duplex est interventionis species.
2. Exemptus fideiussor iudici fisci esse non potest.

ET hæc quæstio à præcedente dependens, quæ hodie mihi proponitur, inspectionem habet non contemnendam. Duplex quippe est adjunctionis seu interventionis species, aut enim exemptus se iuri quæ alteri coram ordinaria mota est adjungit, quia ejus non principaliter interest, sed secundario se adjungit, quia ejus principaliter interest; alterius vero qui con-

kk 3

rius vero qui convenitur secundaria, inter utramque adjunctionis seu interventionis speciem hoc interest, quod priori specie primo & principaliter conventus non desinit esse pars judicii, posteriori vero desinit, uti plenè alio in loco tractavi, *lib. 2. de jurisdic. ord. in exempt. quest. 36. & 37.* Itaque si in prima adjunctionis specie exemptus sacris det judicio listi aut judicatum solvi, inanis erit ejusmodi datio, quia coram judice incompetente seu non prorogabili præstita, nullius est momenti, *quia exemptus enim si de jure judicio listi esse non potest. v. lib. 1. quest. 47. nu. 1. de jurisdic. ord. in exempt. uti præcedente questione ostendi, si autem in posteriore interventionis specie, qua exemptus causam ad suum judicem contrahit, ejusmodi cautiones præstet, valide erunt, quia coram judice competente præstitæ obligant, & juris effectus efficiuntur, tot ut ff. judicatum solvi.*

QUÆSTIO CII.

Regulares exempti qui in partibus judices aut Conservatores non habent, coram quibus agere vel conveniri possunt.

SUMMARIUM.

1. Exempti alii sunt Clerici Sæculares, alii Regulares.
 2. Regulares de criminibus exceptis conveniuntur coram ordinario.
 3. Regulares conveniuntur coram ordinario, si illius infringant jurisdictionem, vel impingant in casus hic relatos.
 4. Quid si intra vel extra claustrum delinquant.
 5. Regularium claustralia delicta non spectant ad ordinarium.
 6. Quid si sumi scandalosa.
 7. Regularium delicta extra claustrum commissa, an subsiciantur cognitioni ordinarii & num. 9.
 8. Regulares faciendo contra eorum privilegia, non præjudicant superiori.
 10. Ad lites S. Joannis Hierosolimitani etiam si delinquant extra claustrum, puniri ab ordinario non possunt.
 11. Regulares an in causis visitationum subsint ordinario.
 12. Regulares an subsint ordinario per modum jurisdictionis contentiosa, tam agendo quam defendendo.
- Quæstio hæc paulò altius reperenda est & distinctionibus nonnullis explicanda. Exempti enim alii sunt Regulares, alii Clerici Sæculares. Quo ad exemptos Regulares, aut quæstio est de causis criminalibus, aut de civilibus, si de criminalibus quæstio sit, videndum est, an de criminalibus agatur exceptis, quale est